HIEROPOLITICON,

SIVE

INSTITUTIONIS

POLITICÆ E SACRIS

Scripturis depromptæ

LIBRI TRES:

... MENOCHIO



LUGDUNI,

Sumptibus LUDOVICI PROST,
Hæredis ROVILLE.

M. DC. XXV.

CUM PRIVILEGIO.

ALEXANDRO VRSINO CARDINALI AMPLISSIMO

IO. STEPH. MENOCHIVS è Societate IESV, S. D.

QVæ me potiſſimùm cauſſæ impulêre, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, vt ciuilem inſtitutionem à multis cum laude cõtextam ex prophanis ſcriptoribus, ego ſacris è litteris concinnarem, quòd ſcilicet hęc ſcribere religioſi hominis inſtitutũ, & ſtudia non dedeceat, & hæc legere Principibus (ſi qui tamen

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

SVMMA PRIVILEGII à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus litteris cautum, ne quis in regno ſuo aliíſve locis imperio ſuo ſubiectis, intra proximos ſex annos excudat, excudendum, vendendúmque quouis modo curet opus, quod inſcribitur: *Hieropoliticon, ſiue Inſtitutionis politicæ è ſacris Scripturis deprompta libri tres, Auctore* R. P. IOAN. STEPH. MENOCHIO *è Societate* IESV, præter LVDOVICVM PROST, Hæredem ROVILLE, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſe conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicunque fuerit ad id agendum inſtigare, ſine conſenſu dicti LVDOVICI PROST. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliíſque pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis vltima die Decembris 1624.

De mandato Regis

Signatum

LE LONG.

3. Hanc ſeruitutem turpem eſſe, quòd Dei ſeruituti repugnet. 466
4. Hanc ſeruitutem duram eſſe, ac laborioſam, ideóque defugiendam. 469
5. Laborem qui ferendus eſt in hac ſeruitute malè collocari, quod ſcilicet malè parta, malè dilabantur. 471
6. Colligitur ex dictis, diuitiis non eſſe fidendum. 474
7. Principem auarum eſſe non debere, quia auaritia odioſum facit populo, & periculum amittendi Principatus creare poteſt. 475
8. Principem non debere auarum eſſe, quia populorum eſt Pater. 477
9. Idem probatur, quia eſt paſtor populorum. 478
10. Remedium præcipuum auaritiæ proponitur, vt ſcilicet Princeps cupiditates ſuas intra modum ſuarum virium moderetur. 482
11. Poſſe etiam Principem non admodum diuitem ſibi Reipublicæque proſpicere. 487

De fortitudine Principis, & animi magnitudine.

CAPVT XIX.

Num. 1. Quid ſit fortitudo, de qua hic diſputandum: & quatenus corporis fortitudo requiratur in Principe. 488
2. De fortudine quæ ſpectatur in faciendis & ſuſtinendis aduerſis. 490
3. An fortitudini repugnet edere ſigna doloris. 496

4. Magni

HIEROPOLITICωN, *SIVE* INSTITVTIONIS POLITICÆ EX SACRIS Scripturis depromptæ

LIBER PRIMVS.

In ſacris Scripturis ciuilem doctrinam contineri.

CAPVT PRIMVM.

1 PRæCIPVVM ſacrorum voluminum argumentum Chriſtus Dominus eſt, vt tradit Apoſtolus cum ait, *finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti*, & ipſe Chriſtus teſtatus eſt, verbo quidem, cum Iudæos ad ſcripturas, quarum ſcientiam profitebantur, ablegauit; *Scrutamini*, inquit, *ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitã æternam habere, & ipſa ſunt quæ teſtimonium perhibent de me*. Facto autẽ, cum duobus diſcipulis in Emaus pergentibus, *Incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis interpretatus eſt illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant*. Hoc verò argumentũ à ſcriptoribus ſacris nõ paucis, & ieiunè tractatur, ſed lucu-

Chriſtũ eſſe ſcripturarum argumentum præcipuũ, multa tamen in ijs tractari, ex quibus politices iuſtum opus colligi poſſit.

Rom. 10. 4.
Io. 5. 30.
Luc. 24. 27.